Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

CL.

urn:nbn:de:bsz:31-295118

Visual Library

ſigillo & Comitis Gotſridi & univerſitatis de Vilingen fideliter roborari. Acta ſunt hec anno ab Incarnatione Domini M. C. C. LXX. poſt feſtum Purificationis Beate Marie Virginis. & hii teſtes huius rei Wnh. patruus. Cunradus Stahellinus. Senior. H. Villicus de Gruningen. H. de Vokkenhuſen. H. Sollo Senior. Burk. Wand & filius ſuus: : Woller. Vlricus dictus Bube. Burk. de Stokka. Bernh. Haimburg. P. dictus Herolt. Walth. der Nunnon. P. Scultetus. & Otto. & H. fratres ſui. & alij quam plures, fide digni.

CL.

D. DE ROTINBERC HOMINES ABBATIÆ S. BLASII IN RIEDEREN A JURISDICTIONE SUA LIBEROS PRONUNTIAT.

ANNO MCCLXX.

Ex autographo Abbatiæ S. Blaſii.

Omnibus hanc paginam inſpecturis. Nobilis Vir D. miles de Rotinberc notitiam ſubſcriptorum. Noverint omnes & ſinguli, quos noſſe fuerit opportunum, quod dum Reverendi in Chriſto A. Abbas & Conventus monaſterii Sancti Blaſii & Magiſter dictus Spulo de Conſtant. Advocatiam villæ in Riederen à Noſtris Nepotibus V. O. & L. Nobilibus de Rœtilleim ſumtibus ſuis legaliter conquiſiſſent. Et nos homines ejusdem ville ad Judicium noſtrum ad Curiam Tegernowe quorundam perſuaſionibus minus bonis compellere niteremur,

& ſuper hoc inter Dominos predictos & nos queſtio moveretur, demum prudentiori uſi conſilio, quia cognovimus, quod nullum nobis jus in prefatis hominibus ville in Riederen aliqualiter competebat. promittimus & preſenti pagina proteſtamur, quod dictos homines non volumus nec debemus deinceps per judicia noſtra vel aliter pregravare. In quorum omnium evidentiam hanc paginam eximie conſcriptam ſigilli noſtri munimine roboramus. Datum apud Rotenlein anno Domini MCCLXX. Indictione XVI. non. Jan.

(L. S.)

CLI.

DIVISIO HEREDITATIS PATERNÆ ET MATERNÆ INTER EGENONEM ET HEINRICUM FRATRES, COMITES FRIBURGENSES.

ANNO MCCLXXII.

Ex autographo Bada-Durlacenſi.

In Gottes namen Amen. Wir Grave. Egen. vnn grave. Heinrich. gebrvdere von Friburg, tvn kvnt allen den die diſen brief ſehent oder hörent leſen. daz wir alſvs geſcheiden ſin. vmbe vnſer eirbeteil. das vns von vatter vnn von mvter angeeirbet iſt, daz mir graven. Egen. Friburg iſt worden. vnn alles daz darzv höret. So iſt mir graven. H. worden.